



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

41 Laicus infeudatus de decimis debitores decimarum per censuras ecclesiasticas compellere non potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

& Felin. in dicto cap. Sacros. num. 1. vers. immo requiruntur, eod. cit. & sufficit quod unico actu una pro tribus fiat, cum aliquorum competentium dierum intervallo, gloss. in ca. statuimus, in verb. monitionem, & dicto cap. constitutionem, §. statuimus, & ibi gloss. in verb. una de sentent. excommunicat. in 6. &c Monet. eod. cap. 8. num. 69. Non enim subsistunt deducta per Rebus. in quest. ultima num. 15. de decim. quod retinentes decimas sint ipso jure excommunicati, & singulis diebus Dominicis pro excommunicatis a Parochis veniant publicandi, ut bene animadvertisit Monet. eod. cap. 8. num. 65. quia tam antiqui Canones, quam noviter Sacrum Concilium Tridentinum disponunt, quod decimas non solventes excommunicentur, ut in dicto cap. 12. sess. 25. cum aliis supra per Monet. d. num. 65 66. 67. & 68. deducit.

Si vero in praedictis casibus contra communitatē, † vel capitulum agatur, non potest in subsidium procedi ad excommunicationem, quia Universitates non excommunicantur, sed loco excommunicationis supponuntur interdicto, quando ex causa interdici possunt, c. Rom. in si. de sent. excommu. in 6. sed pro debito † pecuniaario quacunque occasione, vel causa Civitates, Castra, Villæ, loca, territoria, vel universitates auctoritate ordinaria sine Sedis Apostolicæ speciali licentia, nec inter dicto supponi possunt, ut in extrav. com. cap proinde, §. presenti, de sent. excom. & Felia. in cap. sane, 2. num. 3. de off. & pot. jud. deleg.

Quando autem † agitur ad decimatum solutionem contra universitatem, vel particularem personam, & liquidō non con-

stat, an decima, vigesima, vel trigesima debeatur, sed dubitatur super quota tunc pro portione liquida, modo quo supra, summarie, & quo ad non liquidam juris ordine servato, admissis articulis, & probationibus desuper faciendis, servatis, servandis, erit procedendum, Bald. intconf. 429. licet iudex n. 1. vers. qui autem gravatur, vol. 3. & ita distinguit Ang. in l. fin. in si. C. ubi quis de cur. vel cohorta, ubi autē dubitatur, an aliquis sit debitor, tunc non habet locum executio lite pendente, sed procedendum est causa cognita, quem sequitur Otasch. decis. 85. n. 1. & 6. vers. quid dicendum, pari modo si oriatur questio de decimis ecclesiasticis inter laicum prætentem, se infeudatum ante concilium Lateranen. & alios laicos negantes totam, vel quotam, quia, donec laicus probaverit infeudationem legitimo tempore factam, & liquidam quotam, via ordinaria admissis legitimis probationibus procedere debet gl. in a. clem. dispensiosam, in verb. decim. in princ. ad laicorum instantiam † pro præstatione decimarum nullus per censuram ecclesiasticam compelli potest, Rot. decis. 14. in fin. de jud. & est ratio differentia; quia debitæ de jure communi & divino, habent fundamentum indubitatū, quod non admittit exceptionem requirentē altiorem indaginem in contrarium, sed, quando prætenduntur jure speciali, ut pacto, pollicitatione, voto, vel infeudatione, tunc non proceditur summarie, quia non habet locum clem. dispensiosā, ut declarat gl. eo verb. decimus, & ibi Ioan. de Imol. n. 4. Card. n. 19. & sequitur Monet. d. q. 8 n. 46. & 47. sed actor suam intentionem concludenter probare tenetur, alias auctore non probante, reus absolv-

absolvitur; *i. qui accusare, c. de eden.* Nam regulariter  $\dagger$  subediti ad solutionem decimatum, appellatione remota, sunt cogendi, *c. ex. multiplici, c. tua nobis, in f. & ibi Abb. n. 8: de deci. & glo. in cl. dispensiosam, in verb. ceteri, de jud. & procedit regula semper quando decima est certa, pro qua decem pro centenario solvuntur, vel ad rationem vigesimæ, vel trigesimæ, aut quinquagesimæ, secundum, loci consuetudinem, seu compositionem, & transactionem, ita quod de certa quota legitimè constet, & tune his casibus appellatio non admittitur  $\dagger$  ad effectum suspensivum, sed devolutum tantum, quo casu Signatura committit causam appellationis cum clausula, sine retardatione solutionis decimarum, quæ interim lite pendente, semper persolvi debent. Marchesan. in tract. Commiss. c. 4, n. 15, & 25, par. 2, & Monet, d. c. 8, n. 58.*

In simili etiam appellatio à sententia latâ super solutione pensionis, auctoritate Apostolica referatur, regulariter non suspendit judicatum, quia in commissione apponitur dicta clausula, sine retardatione solutionis pensionis, ut per Gomel. in comp. utr. sign. n. 86. nisi ex ventre litté 45 riarum Apostolicarum oriatur conditio, quæ in primis est verificanda, ut oportuniiori loco fusiùs deduxi, limitatur tamen dicta regula pluribus casibus.

44. Primò quando agens ad decimam  $\dagger$  petit ad rationem decem pro centenario, vel alterius quotæ, cuius non est in possessione, nec eam sibi liquidò deberi probat, & reus excipiendo, opponit de consuetudine persolvendi duos fasciculos grani in agro pro qualibet modio terræ, aut aliam quotam: quia tuuc appellatio non su-

spendit judicatum, quod ad dictos duos fasciculos, qui debentur liquidò partis confessione, sed quod ad reliquum appellatio suspendit judicatum, & pars liquidanda decidi debet per tres tentias conformes, quæ opinio gloss. & Innoc. in c. in aliquibus & Abb. in c. tua nobis, n. 9, de deci, quam sequitur Monet, eod. c. 8, n. 58. ubi, quod laico alleganti consuetudinem, non admittitur appellatio, non est simpliciter vera, quia aut quis allegat se consuetudine omnino exemptum esse à decimorum solutione, quo causa procedit opinio præfata, aut vult probare consuetudinem solvendi duos fasciculos grani tantum pro qualibet modio, vel quid simile, & tune probatio consuetudinis est admittenda,  $\dagger$  quia, quod ad certam quantitatem, aut portionem, non jure divino, nec naturali, sed humano tantum fuit in decimorum solutione inducta consuetudo, quæ est attendenda, dicto c. in aliquibus, §. fin cap. commissum, c. cum sint homines, c. dilecti, c. ad Apostolicā, de deci. Host. in sum. vers. septimo quaritur, eo. tit. & hanc esse communem opinionem testatur, Covar. d. c. 17, n. 8, post prīmo. & vers. sexto pariter, quæ consuetudo  $\dagger$  circa decimorum solutionem usu, & spatio 40. tantum aenorum legitime præscripta censetur, c. ult. de consuetu. Parii. conf. 25, n. 6. & 27 l. 4. Ruini conf. 142, n. 12, vol. 5, Covar. eo. c. 17, n. 8, ver. decimobus.

47. Secundò, limitatur, quando reus  $\dagger$  conventus ad solutionem decimorum allegat privilegium, aut compositionem super certa portione, ultrà quam si cogeretur solvere, gravaretur, & in causa decimorum admittitur appellatio, sicut in aliis causis, ubique aliquis gravatur, gl. in c. tua nobis, n. 9.